

2

NOBILISSIMO VIRO
CONSTANTINO HUGENIO

A Zuylichem Equiti

Ill^{mo} PRINCIPALI ARAUSIENSI AB
Arcanis et Consilijs.

Godefridus Wendelinus

S. P. D.

Neque amici te fefellerunt VIR NOBILISSIME ut non
illas acciperem iam dudum quas ad te Golius de Latitudine
Byrantij dederat: et immamiter fefelbisti me tu; qui solli-
tudine tam improba, literaria mea ludicia supra ipsa
Summa rerum seria tam sedulo extulisti. nisi quia nihil
mediocriter curare Constantis est, HUGENII est.

Quantij vero mihi sit partiliter satis conspirans Golij ratio
cum HAGE Vestri diligentia, de publico rescies propediem:
cum Asthologiam per te ipsum quoque promotam leges.
Interim vero quod Ill^{mo} Principem tuum scripsi ARAU-
SIENSEM si fortecan miraberis; scito ante hunc mensem
dum Vesontione in Burgundia foditur erutum esse
lapidem cuius exemplar transmissum est ad Chiffletium
Seremiss^o Infantis Medicum. In eo ARAUSIENSIS
vocabulum totidem istis literis exaratum est, ut posthar
torquere s. desinant eruditi: qui ad Arausicensis,
Arausirani, Auraini, Auriani et putida id genus
vocabula nauseantiqua de Arausionis etymo non
satis agnoscent. Vale VIR NOBILISS. et me
amare quod fecisti tam luculentur hactenus porro perge

Arausibus
Septemb. 1633

Tuum Tui plenum
Godefridum Wendelinum

mgp

Wendelinus